UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

etiam poſt concluſionem in cauſa produci poſſunt . prout card. in conſi.74. Roma. conſi.175. in 5. col. Bal. in c.fin. in ult.col.de probat.licet in c.paſtoralis. Bald.de probat. aliter teneat.

12 Fallit quando per beneficium reſtitutionis in integrum ſubueniretur utputa eccleſiæ uel minori, ut probatur in c.Auditis de reſtit. in integr. Card. in conſi.25. in cauſa Amareti. uel ſimili.ex clauſula . ſi quis mihi ex iuſta cauſa ut in c. intimauit. De teſtibus.

13 Fallit etiam quando ex ſtilo fori, non aliter fit conclu ſio in cauſa, prout fit in hac magnifica ciuitate; per curias palliat. in quibus mandato d. iudicum fit præceptum. q partes debeat deducere & producere quicquid uolunt in termino tridui. Aliter & cætera; quia lapſo termino nec in prima inſtãtia, nec in appellatione producere poſſunt, neque ad excellẽtiſſima conſilia: & ita ſeruatur ad curias noſtras, uſq; ad iſta tempora ex inueterata fori conſuetudine hactenus obſeruata.

REGVLA XVIII.

1 Si incendium occurrit culpa inhabitantium; dubitatur, an incendiarius teneatur ad emendam damni ſequuti, ob hanc cauſam tu tene, ꝙ ſic. & ita iudicatũ fuit ſecũdum de ciſ. Gramat.3.nu.18. per doct. ſing. corſet.in uerſi.forum conſcientiæ ſing.5. quæ opinio eſt communis . licet Barba.aliter ſentiat. Ita Innoc.in c. ſicut dignum, de homicid.p.l capitalium.§.incendiarii.ff de penn. & facit.l. qui edes.ff.de incend.rui. & nauf.Saly.in l.quæ fortuitis.num. C. de pignor. act. Bal. in l. data opera. C.qui. acc. non poſ.Ang. in tract. malef. in uerſi. incendiario. in magna addit.nu.1.Marſ. in l.1.nu.113.ubi plura.ff.de ſicca.Et hoc

2 tene quando † incendiarius fuit in lata. leui: aut leuiſſima culpa. ſi uero in dolo. Tunc tenetur igne comburi, quia ignis multis mortem præparat. ut experientia docet quæ eſt rerum omnium magiſtra. & ita tenet Ang. per l. qui edes.ff.incend.rui.& naufac. Cõmuniter tenetur . ꝙ ignis proueniat culpa inhabitantium, & ad hoc neceſſe eſt pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bare culpam certæ ac determinatæ perſonæ, ut de incen-
3 dio † quis teneatur: & ideo quando incendium habuit ori-
ginem ab incerto authore. tunc non præſumitur culpa in-
habitantium, & ita tenuit Io. de Anna.conſi.71. uiſis,
diligenter ponderatis. & ideo ſententia condemnatoria
4 ſequi non poteſt contra conductores † inhabitantes. In
Bal.etiam in conſi.441. nu.1.uol.1. & conſi.77. nu.4.in 3.
parte uol.cum incendium poſſit in domo alicuius ex mul-
tis cauſis oriri, ſecundum opin. Bal.ideo eſt neceſſe pro-
bare immiſſionem ignis a certa & determinata perſona
5 †alioquin non probato facto,uel culpa certi hominis.Tūc
conductores & inhabitantes condemnari non poſſunt. iu-
ribus omnibus ſatis notis, per l.ſi uendita.ff.de per.& com
mod.rei uend.& per l.quæ fortuitis.C. de pignor. act.& l.
iij.ff.de off.præfect.uig.& ibi doct.mod.
6 Fallit de iure canonico, ex quo incendiarius eſt ipſo iu-
re excómunicatus nec abſoluitur priuſquam ſatisfaciat,&
iuret nunquam talia facere, & nemo poteſt ipſum abſol-
uere niſi Papa, ut c.tua extra de ſententia excommun.&
habetur 23.q.8.c. ſi quis membrorum Arimin. in appoſ.
Ang.in uerſi.incendiario. in 1.uerſi. adde tamen in hac ma-
teria.in tract Meri. & non abſoluitur niſi prius damnū illi
cui intulit reſartierit. ut in c. ſubſequen c.membrorum.
xxiij.q.8. ꝙ not.
7 Fallit etiam quando aliter & alio modo ex forma ſta-
tuti cautum reperitur. ſecundum communiter doct. pro
ut Boe.q. 26.nu.17.

REGVLA XIX.

1 Iudex poteſt cogere partes litigantes† ad compromiſ-
ſum faciendum. ſecundum leg. fori noſtri anni 1555. 26.
Maij. maxime inter coniunctos & affines, præterquam in
multis caſibus, ibi notatis.

2 Amplia. ut etiam locum habeat, quando inter litigan-
tes oriri poſſet aliquod magnum ſcandalum; ex quo reſpu.
turbari poſſet, tunc iudex poſſet pro bono publico coge-
re par-